

Buserutæus. (b) Nostra urbs Dei beneficio a peste liberata, multos & heroicos & alios hospites Academicos naçta est. Vivit apud me lumen nobilitatis Barnecovius, (c) cui latinus sermo prope vernaculus est. Is nullam aliam ob causam ad me se profectum ait, quam ut usum sermonis latini confirmet, & ut sobrie vivere possit. Adsunt & alii interque hos nobilis Malsburgius, qui in vestra quoque Academia vivit. Salutem pluridico Magnifico Dn. Parenti tuo & tuæ Conjugi totique familiæ. Bene vale. Basileæ d. 6. Maji 1583.

Tuus *J. Grynæus.*

EPISTOLA XXIX.

S Hodie, tuas, clariss. D. Compater, accipi, & una epithalamia, & literas adjunctas. Deum precor ut tibi & Conjugi tuæ ubertim benedicat: & magnas habeo gratias

F 2 pro

(b) Joh. Buserreut N. 1548. Aug. Vindel J. V. D. & Prof. Alc. tandem Noribergam profectus, ibidemque Amplissimo ordini Consiliariorum adscriptus est,

(c) Christianus, Nobilis Danus erat, propter studia adeo clarus, ut Polyhistoris nomine Ep. 31. allegetur. Confer ad illum scriptam Epistolam a Scultero editam p. 206.